A C T A
SCHOLÆ
SACRORUM RITUUM
IN COLLEGIO ROMANO SOCIETATIS JESU

ANNO MDCCXLIX.



Acta Scholæ Sacrorum Rituum in Collegio Romano Societatis JESU Anno 1749.

SCHOLA Sacrorum Rituum in Collegio Romano erecta primum jam annum abſolvit, vel ex eo titulo glorioſa, quod prima fuerit pro ſublimi hac facultate publice conſtituta, ut ceteris præberet exemplum. Præbuit profecto efficax; jam enim duæ aliæ ejuſdem Facultatis Scholæ in publicis Academiis ſubſecutæ ſunt. En autem quid huc uſque confecerit.

Sub ipſum Scholæ initium, videlicet menſe Novembri ſuperioris anni, plura typis impreſſa ſunt volumina, quorum ſingula hæc continebant: I. Nempe Epiſtolam dedicatoriam FIDELISSIMO Luſitaniæ REGI. II. Præfationem ob novæ Scholæ inaugurationem die Beatiſſimæ Virginis in Templo præſentatæ publice recitatam. III. Allocutionem ad Ejuſdem Scholæ Auditores. IV. Præcellens Opus a Summo Pontifice conſcriptum *de Sacroſancto Sacrificio Miſſæ*. V. Appendices aliquot ex aliis Summi Pontificis Operibus decerptas circa idem Miſſæ Sacrificium. Porro volumina hæc in Auditorum commodum conſulto impreſſa, iiſdem paulatim diſpertita ſunt. Et quoniam incœpta jam partitione, Titulus FIDELISSIMI Portugalliæ Regibus tributus eſt: ea propter poſt ſingulorum voluminum Præfationes addita fuit Profeſſoris Præfatiuncula cum notitiis aliquot huc ſpectantibus, ac præterea Literæ Apoſtolicæ, Summique Pontificis Allocutio occaſione ejus Tituli conferendi.

Menſe Januario Vertentis anni 1749. ſyllabus fuit editus Auditorum, qui tunc temporis ad 126. aſcendebant; At vero ante feſtum S. Aloyſii Gonzagæ Epiſtola Summo Pontifici oblata eſt, quæ ſequentia complectebatur: I. Videlicet Scholæ rationem. II. autem Auditorum numerum, ſiquidem ad 153. jam pervenerat. III. Eorundem profectum. IV. Illorum deſignationem, qui ceteris Auditoribus præcellerent, quæque aliorum ſpes eſſet in poſterum. V. denique argumenta trium Exercitationum, quæ privatim habitæ fuerant, quaſque aliæ ſubinde ſubſequerentur.

Duo libri pro totidem publicis diſputationibus elaborati ſunt, ac prælo impreſſi, quorum alter continet Synopſim doctrinæ BENEDICTI XIV. de Sacrificio Miſſæ: alter vero Synopſim quatuor priorum voluminum de Canonizatione Sanctorum, adamuſſim, atque ipſiſſimis Authoris Maximi ſententiis conflatam. Synopſis prima publice diſceptanda exhibebitur ſub auſpiciis FIDELISSIMI Portugalliæ REGIS JOANNIS V., utpote cui (ut ſupra diximus) ipſum de Sacrificio Miſſæ Autographum in Romana Lambertinianorum Operum editione, dicatum jam pridem fuerat. Synopſis autem ſecunda item publice exhibebitur diſputanda, ſub auſpiciis tamen BENEDICTI XIV. Pontificis Maximi, cujus nempe doctiſſimum Opus ibi in Epitomen redactum fuit, & cui Autographa quatuor ejuſdem Operis volumina tertio nuper impreſſa, jam fuerant nuncupata. Quoniam vero altera hæc Synopſis ad extremum uſque præclariſſimi Operis continuabitur; ea de re cum iterum prodibit integra, adjicieturque Collectioni omnium Operum Benedicti XIV., illa inter volumina habebit locum, quæ Fideliſſimo Regi dicantur; quemadmodum enim in Epiſtola Tomo de Sacrificio Miſſæ præpoſita declaratur, ſtatuit apud ſe Scholæ Sacrorum Rituum Profeſſor, omnia in primo anno edenda, tanquam ſtudii ſui primitias ei nuncupare, a quo primum ad hæc ſtudia honorificentiſſime fuit deſtinatus.

Hæc primo recentis hujus Scholæ anno peracta ſunt, aliquanto fortaſſe liberalius, cum Tomus de Sacrificio Miſſæ Auditoribus ſingulis diſtributus, paginis conſtet 620. Ejuſdem vero Operis Synopſis ſupra 150. complectatur; Synopſis demum Operis de Beatificatione & Canonizatione quingentas ipſas excedat. Verum par erat ſub initium, obſequio erga Pontificem, ac Luſitaniæ Regem indulgere, quibus Patronis Summis, ac beneficentiſſimis haud minora certe debebantur. Strictior proinde in poſterum erit ratio, quin tamen ſtudio promovendæ illuſtrandæque Scholæ quidquam ſit defuturum.

Duæ publicæ diſputationes quæ menſe Julii habendæ erant, primùm ad diem 20, & 21 Novembris dilatæ ſunt. Exorto deinde impedimento ad finem Februarii anni ſequentis agitabuntur.

NOMINA AUDITORUM SCHOLÆ SACRORUM RITUUM

INITIO ANNI MDCCXLIX.

Alexander Macchi J.U., & Hist. Eccl. in Rom. Archigym. Aud.
Andreas de Kempelen in Romano Archigymnasio Academicus, & Ecclesiæ Cathedralis Strigoniensis Canonicus.
R. *Angelus Pasqualini Auditor Theologiæ Moralis.*
Antonius Alfonsi Theologiæ Moralis Auditor.
R. *Antonius Lopez de Castro Sac. Theologiæ Professor.* 5
Antonius Mattia Theol.Moral. Aud. & Coll. S. Agnet. Alumn.
Antonius Ricci Theol. Moralis Auditor.
Antonius Sebastianus Vinciguerra Sac. Theol. Doctor.
R. *Archangelus Grifoni Theol. Moralis Auditor.*
Augustinus Justiniani Th.M.A. & in Coll.S.M. ad Mont.Al. 10
Augustinus Mariotti Theol.Doct.& inRom.Archig.Academicus.
R. *Augustinus Petrucci Doctor Theol. & in Coll. Ghislieri Præfect.*
Bartholomæus Rolandi Theologiæ Moralis Auditor.
R. *Bartholomæus Sciambroni Auditor Theologiæ Moralis.*
Benedictus Passi Auditor Theol.Scholast. & Coll.Bergom.Alumn. 15
R. *Blasius Bertola Auditor Theologiæ Moralis.*
Bonaventnra Elias Theologiæ Moralis Auditor.
R. *Cajetanus Perini Scholast. Theol. Aud. & Colleg:Bergom.Alumn.*
R. *Cajetanus Reder Theol. Moral. Aud.*
Cajetanus Troili Auditor Theologiæ Scholasticæ. 20
Carolus Latini A.Th.M. & in Coll.S.M.ad Montes Præfectus.
Crispinus Stephanacci Auditor Theologiæ Scholasticæ.
R. *Dominicus Blasii Auditor Theologiæ Moralis.*
R. *Dominicus de Gregoriis Auditor Theologiæ Moralis.*
R. *Dominicus Foglietta Moralis Theolog. Auditor.* 25
R. *Dominicus Galli Sacræ Theologiæ Doctor.*
Dominicus Grampini Philos. Profess. & Coll. Umbriæ Alumnus.
Dominicus Mondi Theol. Mor. Aud.
Dominicus Paulini Theologiæ Moralis Auditor.
Dominicus Rossetti Theologiæ Scolasticæ Auditor. 30
R. *Emmanuel a Costa Mascarenhas Sac. Theologiæ Professor.*
R. *Emanuel Ferreira Theol. Professor & J. U. in Rom.Archig.Aud.*
R. *Emanuel Lopez Theologiæ & Phil. Professor.*
R. *Eusebius Pettinelli Auditor Theologiæ Scholasticæ.*
Franciscus a Costa Auditor Theologiæ Moralis. 35
Franciscus Acciarri Auditor Theologiæ Moralis



Franciscus Bonanni Auditor Theologiæ Moralis.
R. *Franciscus Carboni Scholasticæ Theologiæ Auditor.*
Franciscus Ceccarelli Auditor Theologiæ Moralis.
R. *Franciscus Coletti Auditor Theologiæ Moralis.* 40
Franciscus de Benedictis Aud.Theol.Schol.& Græcorum Coll.Al.
Franciscus Fadulfi Philos. Aud. & in Coll. S.M. ad Montes Al.
Franciscus Felici Philosophiæ Aud. & Alumnus Coll. S. Agnetis.
Franciscus Ginobili in utroque jure Licentiatus.
R. *Franciscus Gurini Theologiæ Moralis Auditor.* 45

Fran-

Franciscus Malembergh Scholasticæ Theologiæ Auditor.
Franciscus Nunziati Auditor Theologiæ Moralis.
R. *Franciscus Pescica Theologiæ Professor.*
Franciscus Ranuini Theologiæ Moralis Auditor.
Franciscus Rezza Theol. *Scholast. Aud. & Græcor. Coll. Alumn.* 50
R. *Franciscus Timperii Theol. Scholasticæ Auditor.*
Hieronymus de Marcellis Theol. Mor. Aud. & Coll. S. Agnetis Al.
R. *Hieronymus Palmaro Doctor Theologiæ.*
Hieronymus Stella Theol. *Mor. Aud. & Coll. Maronitarum Alum.*
Hieronymus Valenti Theologiæ Moralis Auditor. 55
Hilario Carpinschi Aud. Theol. Schol. & Græcorum Coll. Alum.
R. *Jacobus Bustrode Aud. Theol. Mor. & Anglicani Coll. Alumn.*
R. *Jacobus Calvi Auditor Theologiæ Sheolasticæ.*
Jacobus Green Theol. Mor. Aud. & Anglicani Coll. Alumnus.
Jacobus Marcelli Auditor Theologiæ Moralis. 60
Jacobus Pichi Theologiæ Moralis Auditor.
Jacobus Vecchini Auditor Theologiæ *Moralis.*
Ignatius Chiappini Auditor Theologiæ *Moralis.*
Joannes Adacci Auditor Thologiæ Scholasticæ.
R. *Jo: Bapt. Bassi Aud. Pilosoph. & in Collegio Ghislerii Præfectus.* 65
R. *Joannes Baptista Donninelli Auditor Theologiæ Moralis.*
R. *Joannes Baptista Zinanni Moralis* Theologiæ *Auditor.*
Joannes Ferreira Philosophiæ Professor.
Joannes Francia Auditor Theologiæ Moralis.
Joannes Landò Theologiæ *Moralis Auditor.* 70
R. *Joannes Lienus Lieni Professor Sac.* Theologiæ, *& in Basilica S. Mariæ* Transtiberim *Quadragesimalis Concionator.*
R. *Joannes Possidoni Theologiæ Moralis Auditor.*
R. *Joannes Ramparelli Auditor Theologiæ Moralis.*
Joannes Salvagni Audit. Th. Sch. & Coll. S. Agnetis Alumnus.
R. *Joannes Serventi Theol. Mor. Auditor.* 75
R. *Joannes Sybilla Auditor Theologiæ Moralis.*
R. *Joannes Velli Theol. Mor. Prof.*
R. *Joseph Benedetti Auditor Theologiæ Moralis.*
R. *Joseph Calvi* Theologiæ *Scolasticæ Auditor.*
Joseph Cerboncelli Auditor Juris. 80
R. *Joseph Cigni Auditor Theologiæ Scholasticæ.*
R. *Joseph Dini Theologiæ Doctor.*
R. *Joseph Mansella Scholasticæ Theologiæ Auditor.*
Joseph Marsi Moralis Theologiæ Auditor.
Joseph Rodriguez Correa Doctor Philosophiæ. 85
Joseph Maria Tomasini Audit. *Phil. & Coll. Fuccioli* Alumnus.
R. *Joseph Romanelli J. U. &* Theologiæ *Professor.*
Joseph Torre Theol. *Mor. Aud.*
Laurenus Boni Theolog. Prof. & Colleg. Bergomen. Præfectus.
R. *Laurentius Gullielmi Auditor Theologiæ Scholasticæ.* 90
Laurentius Valfeca Auditor Theologiæ *Scholasticæ.*
Leander Mele Philos. Profess.
Lucas Cofelli Doctor Sacræ Theologiæ.

Ludo-

Ludovicus Proferisci Auditor Theologiæ Moralis.
Marcus Micangelli Auditor Theologiæ Moralis. 95
Marius Focolari Aud. Theologiæ Moralis.
Martinus Roglia Theol. *Scholasticæ Auditor.*
Matthæus Manfroni Auditor Juris.
R: *Mauritius a Sylva Juris Professor.*
Mercurius Chiedroz Aud. Theol.*Schol.& Græcorum Coll.Alum.* 100
Nicodemus Conuzzi Theologiæ Moralis Auditor.
R. *Nicolaus Conti Sacræ Theologiæ Professor.*
R. *Nicolaus Conuzzi Juris & Theologiæ Moralis Auditor.*
R. *Nicolaus Faraoni Auditor Theologiæ Moralis.*
R. *Nicolaus Ricci* Theol.*Doct. & in Rom.* Archigymnasio Academic. 105
Paschalis Amatucci Auditor Philosophiæ.
R. *Paschalis Bielli Auditor Theologiæ Moralis.*
Paulus Mazzetti Theologiæ Scholasticæ Auditor.
Paulus Naldi Philosophiæ Auditor Collegii Gymnasii Alumnus.
R. *Petrus Jo: Aliod Doctor Theol. & in Rom.Archigymn.Academic.* 110
R. *Petrus Ambrosetti Auditor Thologiæ Moralis.*
R. *Petrus Antonius de MelloS.Theol.Profess.& in Eccl.D.Ant.Dep.*
R. *Petrus Fani Theol.Scolast. Auditor & Collegii Umbriæ Alumnus.*
Petrus Prosperi Theologiæ Scholast.Aud.& Coll.Fuccioli Alumn.
Philippus Cecconi Moralis Theologiæ Auditor. 115
Philippus de Vitten Theol. Schol. Auditor, & Seminarii Rom. Al.
Philippus Riccioni Auditor Theologiæ *Moralis.*
R. *Philippus Zazzari* Theologiæ *Moralis* Auditor.
Prosper Bottoni Theologiæ Moralis Auditor.

R. *Ruinaldus de Argento Theologiæ Moralis Auditor.* 120
Seraphinus Pascucci Theologiæ Moralis Auditor.
Silvester Lacinski Aud. Theol.Schol. & Græcorum Coll. Alumn.
Stanislaus NarducciAuditor Thelogiæ Scholasticæ.
Stephanus Choidan Aud. Thol. Schol. & Græcorum Coll.Alumn.
R. *Vincentius Masi Prof.* Theol. *& J. V.* Auditor. 125
R. *Vincentinus Moresi Sacræ Theologiæ Doctor.*

Index Alphabeticus per Cognomina.

Acciarri	*Franciscus*		*Bonanni*	*Franciscus*	15
A Costa	*Franciscus*		*Boni*	*Laurentius*	
A Costa Mascharenhas	*Emmanuel*		*Bottoni*	*Prosper*	
Aducci	*Joannes*		*Bulstrade*	*Jacobus*	
Alfonsi	*Antonius*	5	*Calvi*	*Jacobus*	
Aliod	*Petrus Joannes*		*Calvi*	*Joseph*	20
Amatucci	*Paschalis*		*Carboni*	*Franciscus*	
Ambrosetti	*Petrus*		*Carpinschi*	*Hilario*	
A Sylva	*Mauritius*		*Ceccarelli*	*Franciscus*	
Bassi	*JoannesBaptista*	10	*Ceccboni*	*Philippus*	
Benedetti	*Joseph*		*Cerboncelli*	*Joseph*	25
Bertola	*Blasius*		*Chiappini*	*Ignatius*	
Bielli	*Paschalis*		*Chiedroz*	*Mercurius*	
Blasii	*Dominicus*		*Cigni*	*Joseph*	

Coi-

Coidan	Stephanus	
Coletti	Franciscus	30
Conti	Nicolaus	
Conuzzi	Nicodemus	
Conuzzi	Nicolaus	
Coselli	Lucas	
De Argento	Ruinaldus	35
De Benedictis	Franciscus	
De Gregoriis	Dominicus	
De Kempelen	Andreas	
De Marcellis	Hieronymus	
De Mello	Petrus Antonius	40
De Vitten	Philippus	
Dini	Joseph	
Donninelli	Joanues	
Elias	Bonaventura	
Fadulfi	Franciscus	45
Fani	Petrus	
Faraoni	Nicolaus	
Felici	Franciscus	
Ferreira	Emmanuel	
Ferreira	Joannes	50
Focolari	Marius	
Foglietta	Dominicus	
Francia	Joannes	
Galli	Dominicus	
Ginobili	Franciscus	55
Grampini	Dominicus	
Green	Jacobus	
Grifoni	Arcangelus	
Gullielmi	Laurentius	
Gurini	Franciscus	60
Justiniani	Augustinus	
Landò	Joannes	
Lacinski	Silvester	
Latini	Carolus	
Lienus Lieni	Joannes	65
Lopez de Castro	Antonius	
Lopez	Emmanuel	
Macchi	Alexander	
Malembergh	Franciscus	
Manfroni	Matthæus	70
Mansella	Joseph	
Marcelli	Jacobus	
Mariotti	Augustinus	
Marsi	Joseph	
Masi	Vincentius	75
Mattia	Antonius	
Mazzetti	Paulus	
Mele	Leander	
Micangelli	Marcus	
Mondi	Dominicus	80
Moresi	Vincentius	
Naldi	Paulus	
Narducci	Stanislaus	
Nunziati	Franciscus	
Palmaro	Hieronymus	85
Pascucci	Seraphinus	
Pasqualini	Angelus	
Passi	Benedictus	
Paulini	Dominicus	
Perini	Cajetanus	90
Pescica	Franciscus	
Petrucci	Augustinus	
Pettinelli	Eusebius	
Pichi	Jacobus	
Possidoni	Joannes	95
Proserisci	Ludovicus	
Prosperi	Petrus	
Ramparelli	Joannes	
Ranuini	Franciscus	
Reder	Cajetanus	100
Rezza	Franciscus	
Ricci	Antonius	
Ricci	Nicolaus	
Riccioni	Philippus	
Rodriguez Correa	Joseph	100
Roglia	Martinus	
Rolandi	Bartholomæus	
Rossetti	Dominicus	
Romanelli	Joseph	
Salvagni	Joannes	110
Sciambroni	Bartholomæus	
Serventi	Joannes	
Stefanacci	Cristinus	
Stella	Hieronymus	
Sybilla	Jo:Stephanus	115
Timperil	Franciscus	
Tomasini	Joseph Maria	
Torre	Joseph	
Troili	Cajetanus	
Valenti	Hieronymus	120
Valseca	Laurentius	
Vecchini	Jacobus	
Velli	Joannes	
Vinceguerra	Ant.Sebastianus	
Zazzari	Philippus	125
Zinanni	Joannes	

BEATISSIME PATER

SIcuti Reipublicæ nihil utilius eſt Principis vigilantia, qua ejus commodis & felicitati conſulit, ita nihil Principibus ipſis gratius atque jucundius evenire poteſt felici rerum exitu, qui eorum vigilantiæ & communis boni zelo apte reſpondeat. Hinc eſt quod jure optimo Tibi gratulari poſſum Parens optime, Protector clementiſſime, ac Doctor egregie, quod Schola ſacrorum Rituum Te Hortatore, & Auſpice fundata, Tua doctrina, & omnigena eruditione mirifice inſtructa, Tuoque præſidio munita ſuos habuerit ſupra ſpem omnem progreſſus; quorum, par erat, ut Tibi ſpecimen aliquod exhiberem tanquam primitias frugum, quæ non tam noſtro labore & induſtria, quam fæcunda ſapientiæ Tuæ irrigatione magis, magiſque indies ſuccreſcunt.

Igitur 126. auditores in Syllabo typis impreſſo annumeravi; quibus deinde anni decurſu ſeptem ſupra viginti acceſſerunt; ex his omnibus primum nominabo R. D. Joſeph Dini, qui mihi adjutrices manus præbere nunquam deſinit in Authorum ſententiis indagandis, & Typographiæ erroribus corrigendis optime inſtructus; neque minus indefeſſe ſeu contrahendis rebus, ſeu aptandis indicibus mihi præſto eſt R.D. Sebaſtianus Vinceguerra, duo primi qui Scholæ noſtræ adſcripti ſunt, digni quorum alii amorem erga literas imitentur; uterque vero ſacræ Theologiæ Doctor, in ſtudiis, quæ ad Eccleſiaſticum virum exornandum requiruntur, non levia poſuit fundamenta.

Alumnorum & Convictorum, qui ex fere omnibus Collegiis, ac Seminariis in Scholam noſtram confluunt, modeſtia, diſcendi ardor, atque in facultatibus, quas percurrerunt, peritia ſatis oſtendunt non mihi, ſed eorum Rectoribus ac Magiſtris tribuendum eſſe tam excultos Auditores me habere; meum erit illorum ſapientiam exercere; omnes enim facultates, atque diſciplinæ in ſacrorum Rituum ſtudio mirifice excoluntur. Sui ſpecimen plurimi dabunt ſequenti anno; vix enim hoc primo licuit novam Scholam diſponere, atque recta Methodo ordinare. Satis nunc gaudeo Beatiſſime Pater, ſtudia noſtra, & labores vel in ſuo exordio tales eſſe, qui aliis etiam publicis Academiis ſtimulum adderent, atque exemplum; nec deſunt litteratiſſimi viri ex Hiſpania, Germania, atque ex tota Italia, qui mecum de ſuſceptis ſtudiis gratulentur; iteratas litteras R. Patris Demenoux Societatis Jeſu, & aliorum qui ipſum adjuvant in operibus Sanctitatis Tuæ Gallico ſermone donandis, & ne ex Gallia excedamus, aliquorum etiam Patrum Benedictinorum quos fama celebrat, aliorumque virorum, ad quos ego ob eorum litteraturæ & dignitatis ſplendorem ſcribere non auderem, litteras, inquam, gratulatione, & ſapientia plenas ad me perhumaniter miſſas dignata eſt Sanctitas Tua non ſine voluptate perlegere, ex quibus omnibus aperte colligo, valde mihi timendum, ne tantorum hominum expectationi non reſpondeam, valde adlaborandum, ut eorum in me benignitatem, & in commune bonum, zelum, quantum in me fuerit, explere enitar.

Quamobrem non solum labore meo, sed me etiam Duce ab Auditoribus meis & publice disputanda, & in publicam lucem edenda multa parantur quæ sacrorum Rituum disciplinam mirifice illustrabunt. Interim ut ad majora proludamus ex 153. Auditoribus qui in scholam nostram conveniunt, ac se invicem ad disputandum provocant, ac mirifice oblectantur rerum pondere, argumentorum varietate, & eruditionum fæcunditate, primum selegi R.D. Andream de Kempelen nobilem Hungarum, qui privata exercitatione litterarium subiret certamen; Hic non minus in bellica, quam in litteraria palestra egregium sui specimen exhibuit. Decimo quinto ætatis anno Philosophica studia non absque laude Tyrnaviæ in Collegio S. J. absolvit, alias deinde Germaniæ academias perlustravit, elegantioribus studiis, rerum naturalium cognitioni, ac juri publico, civilique operam navaturus. Demum peragratis aliquot Europæ Provinciis in patriam rediens haud exiguo adjumento instruendæ Vindobonæ in Seminario Chaosiano scientiarum bellicarum Academiæ exstitit. Hinc nobilium status Austriæ Academiæ defuncto Barone Hoffman Præfectus successit.

Annum vigesimumquartum ætatis attigerat, cum litterarum amantior, quam honorum Græciæ, Archipelagi, atque partis Asiæ illis locis conterminæ excursionem meditabatur antiquitatis vestigia sedulo investigaturus. Celeberrimum nomen erat Excellentissimi Comitis de Uhlfeld tunc Magni Oratoris apud Turcas, nunc Augustissimæ Austriæ Domus primi Ministri, qui primum illud munus in perturbatissimis, ob mortem Caroli VI. & ob necdum perfectas recens initæ pacis conditiones, negotiis, eadem constantia, prudentia, gloria gessit, qua æquitate fide, Sapientia hodierno die Supremi Cancellarii officio satisfacit. Ab hoc, inquam, tantoque viro singulari benevolentia, qua illum etiamnum prosequitur, exceptus, atque inter nobiles Legationis suæ equestris ordinis proceres adscitus est: cui gratiæ ut aliqua ratione responderet, Legationis illius tam rerum diversitate amenæ, quam negotiorum gravitate memorandæ Historiam latino idiomate concinnavit, eique dissertatiunculas quasdam de *situ Sardicæ Ulpiæ*, in qua concilium Sardicense anno 347. celebratum fuit, *de Porta vulgo Trajani dicta, de Columna perperam Pompeji nominata, de litteratura Turcarum, de statu Portæ Othomanæ & de Commercio Orientali* inseruit. Extat hoc opus apud Excellentissimum Comitem de Uhlfeld typis, si authori ejus accuratius perlustrandi occasio suppetat, edendum. Redux postea in Patriam Augustissimæ suæ Reginæ se totum devovit, & militari cohorti præpositus in Moravia, Silesia, Bohemia, Bavaria, Alsatia, atque ad Rhenum pari dexteritate, atque fortitudine dimicavit. In Italiam cum Legione sua anno 1745. profectus omnibus præliis, velitationibusque quam plurimis non sine cicatricum testimonio interfuit. Post expeditionem dein in Provinciam factam Comiti de Nadasd Supremo copiarum in ditione Januensi existentium Duci *Primus*, ut vulgò vocant, *Adjutans* adfuit, & procul dubio per omnium militarium honorum gradus ascendisset, nisi Dei instinctu voluntatem Deo militandi suscepisset, eamque imminente jam pace multiplici significatione palam ostendisset; pace demum sancita ad animi sui propositum executioni mandandum liberam facultatem obtinuit ab Augustissima Imperatrice, quæ plurima munificentiæ suæ argumenta in eum contulit.

Nihil

Nihil deerat Viro huic sacris ordinibus initiando nisi ut Romam, & ad Religionis caput accederet, ubi per aliquot annos immoratus non solum veram Ecclesiasticam disciplinam ex ipso veluti fonte hauriret, verum etiam Tua sacra eruditione instrueretur; vix ergo Romam accessit, cum ad me benigne, & perhumaniter divertit, & sæpe multa de Tua, Beatissime Pater, sapientia, de Tua eruditione, de claro dicendi ordine, de mirabili Sacræ Historiæ comprehensione, de clementia illa, & dulcedine, quæ vel in ipsis Tuis redundat scriptis, invicem locuti sumus. Quàm sim ego in hoc argumento eloquens satis omnes perspiciunt; cum & Tuarum laudum testis sim, & libros, atque scripta tua Nocturna versare manu, versare diurna nunquam intermittam. Accedit benevolentia illa singularis, qua ita me obstringis, ut Te, resque Tuas tenerrimo amore prosequi quandiu vixero non sim desiturus. Cum vero eum & Tibi communi Nostro Magistro, & Sacrorum Rituum studiis addictissimum admirarer, ipsi injunxi, & (quæ est ipsius docilitas) facile obtinui, ut certamen subiret liturgicum; Nunc quidem minori apparatu & quasi private disputabit, interim tamen scripta Sanctitatis Tuæ de Sacrosancto Missæ Sacrificio avidissime legit, ut ad ea publice propugnanda se comparet. Nunc autem de hac privata quam prope diem aggressuri sumus disputatione, aliquid dico, & veluti præfatiunculam aliquam præmitto.

Cum igitur disputandi ordo postulet, ut primo recenseamus hæterodoxos adversarios, qui sacros Ritus impugnarunt, eosque pro viribus confutemus, erit primæ disputationis argumentum Epocham constituere ex quo Sacri Ritus oppugnari cæperunt; cum autem vera Religio & veri Ritus tam in lege scripta, quam in lege gratiæ extiterint, duas partes continebit nostra disputatio; prima parte ostendemus sacros ritus inter Hebræos vitiatos olim fuisse ab illis Sectariis, qui inter eosdem insurrexerunt; & licet Pharisæi super cathedram Moysis sedentes rectissima tradiderint præcepta, & eorum doctrinam ab omnibus servari oportuerit; unde Gentium Doctor de se ipso fatetur (Act. 26. 5.): *Secundum certissimam sectam nostræ Religionis vixi Pharisæus*: Christus tamen alios admonebat: *Secundum eorum opera nolite facere*. Unde Conclusionem nostram verbis a Calmeto depromptis (tom. 7. pag. 277. initio) ita proponimus: *Si quis hæresis nomine designaverit errores, quos pervicaciter secta aliqua hominum a cæteris segregata defenderit, Pharisæos Hæreticos habere per me licet*.

Ab Herodianis etiam nos cavere monuit Christus Dominus, quos a Saducæis diversam constituisse sectam defendimus, & quidem pariter Hæreticos dici posse asserimus, ut etiam Essenorum sectam, quæ omnium religiosissima cæteris admirationi erat; de qua facile ostendemus cur nulla in novo Testamento fiat mentio. Tres aliæ sectæ, quarum meminit Sigonius de Republica Hebræorum, vel ab illis quatuor non differunt, vel si quis velit diversas esse, non repugnamus.

Ut vero conclusionis nostræ sensum præmittamus, statuendum est Sacros Ritus impugnasse, aut vitiasse omnes, qui suis usibus ita adhærebant, ut omnes aliter facientes, aut sentientes de peccato arguerent. Quamobrem non rituum corruptores dicendi sunt V.G. Græci, Armenii, & similes, quod diversam a Liturgia Occidentalis Ecclesiæ in suis Sacris adhibeant; deturpatores vero, inimici, atque violatores Sacrorum Rituum dicerentur, si nos ex eo capite reos arguerent, quod cum

illis

illis eosdem ritus non servemus. Præmittimus etiam ritus aliquot fu se ante Legem scriptam, quos qui verum Deum non adorabant, sacri ge corrumpebant; illud enim semper hominibus inditum ab ipsa si natura, Deum exterioribus quibusdam signis esse colendum; unde sig ipsa non deerant ab ipso mundi exordio, deerat tamen in multis piet ut eadem signa integre, atque inviolabiliter conservarent. In Lege scr pta defendimus, quatuor sectas (vel si placet septem) quæ inter Hebræ vigebant, Sacros Ritus fœde corrupisse, atque deturpasse, licet contr rium opinari videatur Calmet loco superius citato.

Non eodem tamen modo Auctores sentiunt de Hæreticis in Leg Gratiæ; immo eos quos D. Dom. Georgii in Præfatione primi Tom Liturg. Rom. Pont. primos existimat fuisse, nos veterum Hæretico rum imitatores esse dicimus: unde furor, & impietas in sacris ritibu oppugnandis cum ipsa Religione Catholica duxit exordium, & quotquot hostes hactenus Ecclesiam Dei infestarunt, fere omnes nostrorum rituum fuisse impugnatores, violatores, corruptores defendimus.

Hoc erit primæ disputationis argumentum; sequetur alia quam de Templis habebit R. Nicolaus Ricci Romanus; de eo verba facere non est hujus loci, cum satis omnibus innotescat qua morum integritate, qua ingenii excellentia celebretur; nam inter eos, qui in Archigymnasio sapientiæ recensentur Academici, atque non sine præmio, ingenii, & eruditionis specimen repetito certamine exhibent, primas obtinet. Hic igitur deducto consecrationis Templorum usu ex traditione Apostolica, ipsorum tam in Occidentali quam in Orientali Ecclesia formam, usum, atque pro locorum, & temporum varietate diversitatem elucidabit.

Alius Sacerdos ditionis Augustæ Prætoriæ Joannes Petrus Alliod inter Academicos in sapientiæ Archigymnasio præclari nominis vir, multa contra Vertum, quæ SANCTITAS TUA in aureo suo opere de Sacrificio Missæ luculenter disserit, propugnabit. Postquam has privatas exercitationes tres nostri Auditores exhibuerint; aliæ deinde sequentur, per quas parabitur via ad duplicem publicam disputationem sub anni finem habendam, quarum altera erit de Sacrosancto Missæ Sacrificio, quæ est materies de qua modo agimus; altera de rebus ad sacram Rituum Congregationem spectantibus, juxta duos fines, quos mihimet ipsi in munere meo præfixi, scilicet & instruendi Ecclesiasticos viros in iis, quæ ad recte exercendos suos ordines pertinent, & eos qui sacrorum Rituum Congregationi operam suam dare volunt, ad hoc munus instituendi, atque comparandi.

Hæ sunt Scholæ nostræ primitiæ, quas dum summo Sacerdoti, Doctori maximo, Clementissimo Principi, Parenti optimo, exhibeo, Apostolicam Benedictionem mihi, meisque auditoribus humillime exposco. Ex Collegio Romano 29. Maji 1749.

SANCTITATIS TUÆ



Humillimus Addictissimus Servus & Filius obsequentissimus
Emmanuel de Azevedo Societatis Jesu.